

*EXEMPLVM*

**CHARACTE-**  
**RVM ACTYPO-**  
**RVM DIVERSI GE-**  
**NERIS, RECENS VT**  
 PLVRIMVM FVSORVM, QVIBVS TY-  
 pographia EDERIANA in Hebraicis, Græcis,  
 Latinis, Germanicisque libris excu-  
 dendis vti solet.

*I AM OMNIBVS ARTIS*  
*HVIUS AMATORIBVS ELEGAN-*  
*ter ob oculos positum*

*AB*

**ELISABETHA ANGER-**  
**MARIA VIDVA.**

*Anno Domini M. D. C. XVIII.*



E X E M P L V M  
CHARACTERVM  
AC TYPORVM, &c.

I.

PSALMVS PRIMVS.

אשׁר־חָיִשׁ אֵשׁ לֹא חַלֵּפֶת נְעִצָּת רְשָׁעִים וּנְרוּפָה  
חַטָּאִים לֹא עֲמֹר וּכְמַשְׁבְּלִזּוּס לְאַרְשָׁבָה:  
כִּי אָם בְּתִירָת יְהוָה חַפְצָנוּ וּבְתִרְפָּנוּ וְהַגָּהָנוּ  
וְלִילָּתָה:

II.

ORATIO DOMINICA.

**T**ΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν πᾶσι χρανοῖς ἀγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.  
**T**έλθετω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ Θέλημά σου, ὡς  
ἐν χρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πὰν ἀρτον ἡμῶν τὸν ἀποικισμὸν  
δῆλος ἡμῖν στήμερον. πάμε αἴφεις ἡμῖν τὰ ἐφελήματα ἡμῶν, ὡς καὶ  
ἱμεῖς αἴφειμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς  
πλεονεμόν, αλλὰ φῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πονηρᾶς, ἀμιλώ.

III.

LVC. CAP. I.

**T**ῇ δὲ Ελισάβετ ἐπλήθη ἀρχόντις πεκέν ἀντίλα, καὶ ἐγέννησεν  
ψύχον, καὶ ἤκυσθε οἱ ὄφειοι, καὶ οἱ συγγένεις ἀντίς ὅπις μεράλιως κύ-  
ελος τὸ ἔλεον ἀντεῖ μετ' ἀντίς, καὶ συνέχαιρον ἀντη. καὶ ἐγένετο, ἐν  
τῇ σύδον ἡ μέρα ἦλθον ἀπίπτειν τὸ παῦδιον, καὶ ἐκάλεν ἀντό.

A 2 SALV-

IV.

SALVATATIO AN-  
GELICA.

AVE Maria  
gratia ple-  
na, Domi-  
nus tecum: benedicta  
tu in mulieribus : Et  
benedictus fructus vē-  
tris tui Iesus Christus,  
Amen.

Sym-

V.

*SYMBOLOVM APO-  
STOLICVM.*

 **C**REDO in Deum  
Patrem omnipoten-  
tem: creatorem cœli  
& terræ.

Et in Iesum Christum fi-  
lium eius vnicū Dominum  
nostrum,&c.

Credo in Spiritū S. San-  
ctam Ecclesiam Catholicam  
Sanctorum cōmunionē, &c.

A 3

VI. PRE-

VI.

P R E C A T I O I . P R O  
E C C L E S I A .

**P**lentissime Deus, qui iniuriam ad te conuersorum non recordaris, sed eorum gemitus clementer exaudis: Respice templa tua infidelium manibus profanata, & tui dilecti Gregis afflictionē: Reminiscere hereditatis tue, effusione pretiosissimi sanguinis tui vnigeniti acquifitæ.

Vineam tua plantatam dextera, quam ferus aper exterminare contatur, feruenter visita: ac illius cultores, aduersus deuastantium rabiem, tua Virtute corrobora, victores effice: in eaq; bene operantes, tui Regni possefiores. Per Dominum, &c.      *P R E*

VII.

*P R E C A T I O* 14. *P R O*  
*E C C L E S I A.*

**D**omine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus Domine, in omnem iustitiam tuam. Auertatur, obsecro, ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates Patrum nostrorum, Hierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circumatum nostrum.

Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est.

*P R E-*

VIII.

*PRECATIO III. PRO  
ECCLESIA.*

**D**omine Ecclesiam tuam , quam adificasti tibi, Misericordia tua benignè protege. Tu enim Domine solus misericors es, solus pius, solus Saluator & iustus, qui es radix immortalitatis, & fons incorruptionis, consortium nobis huius communionis sanctifica.

Deus, qui solus es Saluator, qui hanc plebem per gloriosam Filij tui passionem acquirere dignatus es in libertatem, & commandentem in tuis præceptis, & abundantem in tuis bonis operibus, semper quæso Domine custodire digneris.

Exaudi supplices seruitui preces, & dirige hanc plebem tuam tibi dicatam, legibusque tuis seruientem, & quem adoptium tibi populum elegisti, insuper & filios vocare dignatus es.

Dirige, inquam, in præceptis tuis diebus ac noctibus gradientem, per benedictum Unigenitum Filium tuum, qui nos elegit esse discipulos, & omnium tuarum Pastores esse constituit, qui tecum, Pater, viuit, dominatur, & regnat cum sancto Spiritu, in secula seculorum, Amen..

*P R E-*

## IX.

### PRECATIO IV. PRO E C C L E S I A.

**R**Ogamus te Domine pro sancta tua Ecclesia, quæ est à finibus usque ad fines, quam acquisivisti pretioso sanguine Christi tui, ut eam quietam & tranquillam conserues usq; ad consummationem seculi.

Et pro omni Episcopatu recte tractantे verbum Veritatis, proque omni Presbyterio, pro Diaconis, atque omni Clero, vt omnes à te eductos Spiritu sancto repleas.

Etiā rogamus te Domine pro Rege & pro iis, qui sunt in sublimitate constituti, proque omni exercitu, ut per illos pacificè viuamus, vt in quiete & concordia perseverantes, per omne tempus vitæ nostræ glorificemus te per IESVM Christum, qui est spes nostra.

Pro Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, Letoribus, Cantoribus, Virginibus, & castitatem seruantibus, Viduis, Laicis, atque omnibus, quorum tu cognouisti nomina, pro copulatis honorabilibus nuptiis, & filios procreantibus, pro infantibus populi tui, vt neminem nostrum reiicias.

Etiā rogamus pro hac Ciuitate, & habitantibus in ea, pro laborantibus infirmitate, & pro acerbam seruitutem servientibus, pro relegatis & publicationem bonorum perpetuis, pro nauigantibus, & peregrinè proficiscentibus, vt sis auxiliator omnium, adiutor & opitulator.

Etiā oramus te pro iis, qui nos odio habent, & perséquuntur propter Nomen tuum, pro iis qui extra sunt, & versantur in errore, vt reducas eos in bonum, & furorem eorum mitiges.

B. Etiā

## X.

*P R E C A T I O V . P R O -*  
*E C C L E S I A .*

**P**reprecamini Patriarchæ, de quorum stirpe nata est, quæ nunc laborat in terris. Orate sancti Prophetæ cognoscentes afflictam, quam antea vaticinante præconio cecinitis. Estote Apostoli suffragatores eius, quam quam ut congregaretis, vniuersum orbem, ascidente in vobis Domino, ut equi velocissimi cursitatis.

Præcipue tu Petre beate, quare files pro ouibus & agnis à communi Domino magna tibi cautela commendatis? Tu S. Paule, gentium Magister, qui ab Hierusalem usque ad Illyricum prædicasti Euangelium Dei, agnoscet quid Vandali faciunt Ariani, & filij tui gemunt captiui. Vniuersi ingemiscite sancti simul pro nobis Apostoli.

Sed scimus, quia indignum est vobis orare pro nobis, quia ista quæ venerunt nobis, non ad probationem, quomodo Sanctis, sed malis meritis supplicia debebantur. Sed & pro malis orate iam filiis, quia & Christus oravit etiam pro inimicis Iudeis. Sufficiant castigationes, quæ iuste illatæ sunt nobis, & iam iamque delinquentibus venia postuletur. Dicatur Angelo percutienti, Sufficit, iam cohibe manum.

Quis ignorat, hæc nobis probrorum nostrorum scelera procurasse, aberrantibus à mandatis Dei, & in lege eius negligens ambulare? Sed prostrati rogamus, ut non spernatis vestros miserios peccatores, per eum, qui vos ad Apostolicum culmen prouexit humiles pescatores, Amen.

P R E-

XI.

*PRECATIO CATHOLI-  
RVM PRO ECCLESIA AB  
Hæreticis afflita.*

**E**s, gentes, nationes barbaræ & incedulæ, in quibus non est fides, neque scientia Nominis tui, venerunt in hæreditatem tuam, armorum virtute obtinuerunt populum tuum, & ciuitates nostras, ut victores, occupauerunt. Templum tuo cultui dedicatum coinquinauerunt abominationibus. Vasa omnia in ministerio Tempoli consecrata polluerunt, deputantes ea profanis vobis.

Faci sumus in opprobrium & irisionem viciniis nostris, ita vt nos subsannent, irrideant, contemnant, atque ludibrio habeant, gaudentes in afflictionibus nostris, & cum gaudio nobis exprobantes. Tu vero Domine, à cuius voluntate toti pendemus, quo usque tandem iram hanc tuam fines perdurare aduersum nos?

Et quare nos populum tuum ita penitus tradis in manus hostium tuorum, petinde ac si nos à te repuleris, & nulla proorsus tibi amodo cura sit de nobis? Et quare furorem iracundiae ita ostendis aduersus populum tuum, qui sunt oves sanctæ pascue tuæ, quorum tu Rector & Pastores, Defensorque & Propugnator?

Memor esto Ecclesiarum sanctarum, ut eam in hostium manibus non derelinquas, sed tua potentia liberes. Respice & attende ad Testamen tum tuum, quod fecisti cum electis. Memor esto promissionis eis factæ, quod non es derelictus, qui tribulato sunt corde, humiles autem spiritu saluates.

Verè enim iam humiliati sumus, afflitti & attenuati valde, nimis umque contempsi, abieci & miseri facti sumus ita vt in exemplum simus, & in opprobrium cunctis nationibus. Quare tu Domine votum tuum non conuertis ad pauperes seruos tuos? Et quare tanquam auroso vultu ab eis permittis hostes nimium crudeliter in eos deservire? Quare negligis & non attendis ad inopiam & afflictionem nostram, in qua nos sumus serui tui, omni ope destituti, neq; aliud praeter te habentes auxilium & grauiissimè ab hostibus affliti?

## XII.

### Precatio I. ad Eleuacionem hostie.



Ve Iesu Christe, splendor patris, princeps pacis, ianua coeli, panis viuus, Virginis partu, &c. miserere nobis, Amen.

### Precatio II. ad Eleuacionem hostie.



Ve in eum sanctissima & pretiosissima caro Domini I E S V Christe.  
Aue salus mundi, verbum Patris, hostia sacra, vera & viua caro, Deitas integra, verus homo, corpus Domini mei Iesu Christi, Tu Rex qui me creasti, & redemisti, miserere mei, Amen.

### Precatio III. ad Eleuacionem hostie.



VE Iesu Christe, via recta, veritas perfecta, premium nostrum, charitas summa, fons amoris, pax durabilis, requies vera, vita perennis, Amen.  
Suscipe, obsecro, hanc oblationem in odorem sauitatis & laudem eternam, & pro mea omniumque salute, Amen.  
Aue in eum sanctissima & pretiosissima caro Domini nostri Iesu Christi.

### Ad sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum, Oratio.

A Ve salus mundi, eternum Patris verbum, hostia vera, viua cyro, Deitas integra, & vita eterna. Domine Iesu Christe, qui in ultima cena suscepimus hoc & adorandum veritati corporis Sacramentum in amarissime passionis tute memoriam inserviisti: miserere mei, & da, queso, ut nunquam in me passio tua inueniatur esse perdita, Amen.

# EXCELLENTIA

LITERARVM POE-  
TICARVM, &c.

## XIII.

Ex Iure Canonico despon.

**D**illis autem, qui praestito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, et postea eis incognitis dimittunt terram, se ad partes alias transferentes: Hoc tibi volumus innotescere, quod liberum erit mulieribus ipsis (si non amplius in facto est processum) ad alia se vota transferre, recepta tamen de periuio pœnitentia, si per eas stetit, quod minus fuerit matrimonium consummatum.

## XIV.

SEN T E N T I A  
7. C.

Vlus Gellius libro 20. capite 1. inter cetera de obscuritate & mutatione legum hac Sexti Ceciliū verba recenset: Obscuritates veterum legum non assignemus culpe scribentium; sed in sc̄ia potius non aſſequentium: q̄ uia quā m̄ iij quoq; ipsi, qui, quae scripta sunt, minūs percipiunt, culpa vacant. Nam longa atas verba atque mores veteres oblitterauit, quibus verbis moribusque ſententia legum comprehensa eſt. Anno ignoras, legum opportunitates & medelas pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus ac pro utilitatim præſentium rationibus proq; vitiorum, quibus medendum eſt, feruoribus mutari atque flecti, neque uno ſtatu conſistere, quin ut facies cœli & maris, ita rerum & fortunarum temporibus varientur? Huc reſerenda eſt L. Ideo quia antiquiores leges ad posteriores trahi uitatum eſt, & ſemper quaſi hoc legibus inſſe credi oportet, ut ad eas quoq; personas & ad eas res per tinerent, que quandoq; ſimiles erunt. ff. de legibus & Se natus consultis & longa confuetudine.

X V.

*Ex Codic. titul. de secund. nupt.*

**S**i quis prioris matrimonij filiorum antefecundas nuptias patris vel matris mortuus fuerit, filii a se vel nepotibus relictis vel pronepotibus, partem eius non ad fratres eius, vel si nullus alius frater vel soror sit, non ad patrem eius vel matrem prouenire, scilicet ad filios vel nepotes vel pronepotes veleiusdē mortuae personae sancimus, ut siue unus siue plures sint, eam tantummodo partem vendicare possint, quae mortuo competitur. Illud etiam certa sancto ine diffinire censemus, ut si quis vel si qua ex alio matrimonio filii procreatis minimè ad secundas nuptias venerit, eodem modo licet quidem genitor i vel genitrici res ex priore coniugio sibi acquisitas quoquo modo voluerit alienare vel administrare. Si que vero earum minime sint alienatae, possint liberi etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem eis vendicare. Ceterum esse sancimus, quod etiam illa de cetero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, que in testamento genitoris vel genitricis, vel specialiter relinquendo, vel generaliter heredem instituendo facta sit.)

CON. Nunc autem nisi expressim transponat in alios, presumitur ipsis conservare talia lucra. Tex. Cod. Talem vero licentiam datam filiis, ut etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem lucra vendicarent, quae parens eorum ex matrimonio, quod secundo choro mirimè mutauit, sibi acquisita non alienauit, nullo modo eis concedimus, si paternam vel maternam hereditatem ab intestato ex parte, si forte alijs etiam ex interiori matrimonio morienti parenti filij sint, sibi acquisierint, &c.

## XVI.

### *Ex Codic. titul. de rei uxoria actione.*

 Vm quidam dotes pro mulieribus dabant, sive matres sive alij cognati vel extranei, recte quidem eas mariti sine monumentorum obseruatione suscipiebant. Cum autem mulier redibitionem casus stipulabatur, & huiusmodi fortuitus casus evenisset, ipsa mulier & potest non facta donatione, propter hoc, quod monumenta deerant, necessitatem habebat actionem in huiusmodi casu ad eum; qui dotem dedit, per cessationem transferre. Vel ipsares reddere, & ita inueniebatur forsitan post prolixa matrimonij annorum curricula & liberos foris editor in felix mulier indotata. Sancimus itaque in huiusmodi omnibus casibus nullis monumentis rem indigere, sed in omni persona ratis esse huiusmodi donationes, & mulierem dotem suam ipsam habere, quem fortuitum casum hoc lucrum ei addiderit, & firmiter hoc apud eam permanere, nisi ipse, qui ab initio dotem dederit, sibi dari in huiusmodi casum stipulatus est; tunc etenim cum neque ab initio sufficio aliqui liberorum concurris, sed sibi omnem rem ille, qui dotem pepigerit, huiusmodi tractatus locum habere non potest, atque in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non est stipulatus, tristitia sua mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis. Similique modo si quis extraneorum, id est, qui eum, pro quo dat, non in potestate habeat, pro alio ante nuptias donationem nuptura dedit mulieri, & necessaria monumenta adhibuerit, cum excedat summa legitimam donatio, vel non minor matris familiis nuptura sit, non solum ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam adhibeant firmitatem, sed etiam ad illum, pro quo dedit, & si luxuriam ex dotalibus pacitis accesserit, non hoc cedat donatori, scilicet in summo lucrum hoc maritus conuerterat, firmumque & irrenocabile habeat, nisi donator & hoc sibi reddi huiusmodi casum fuerit stipulatus; ne & in prefato casu simile anteriori vitium oratur. Sin autem minor quantitatis sit vel ita res gesta sit ut monumentorum ex omni parte nulla sit vitiosa, & tunc donatio ad stramque personam valcat, & maritus casum luctretur, nisi & donator hic eum stipulatus sit.

Volgen